



Nos, ANTONIUS WITWER, S.J.  
eiusdem Societatis Postulator Generalis

Dilecto

P. Domenico Calarco

Salutem in Domino

Cum in Curiis extra Urbem pertractanda sit Causa Servi Dei EUSEBII FRANCISCI KINO, Sacerdotis professi e Societate Jesu, cumque Nos, aliis curis in Urbe retenti, munus Postulatoris nobis commissum illic exercere personaliter haud valeamus, vigore Mandati ab A.R.P. Adolfo Nicolás Praeposito Generali S.J. die 5 Novembris a. 2008 Nobis concessi et in Actis Cancellariae S. Congregationis pro Causis Sanctorum rite inserti, Te, de cuius doctrina, idoneitate atque integritate Nobis per certa testimonia constat, per praesentes litteras in legitimum Vice-Postulatorem dictae Causae in Curiis extra Urbem constituimus ac deputamus, tribuentes Tibi omnes et singulas facultates necessarias et opportunas, ut hoc munus Vice-Postulatoris in praedicta Causa rite exercere valeas.

Mandamus interim omnibus ad quos spectat, ut Te talem habeant et recognoscant.

Datum Romae, die 24 Novembris a. 2009



*P. Antonius Witwer S.J.*

P. Antonius Witwer, S.J.

Postulator Generalis S.J.